

utrum repræsentatio nostrarum miseriarum apud Deum facta a B. V., in ordine ad auxilia impetranda, spectanda sit tanquam oratio stricta, vel e contra ut postulatio sensu explicato. — Modus ipsam invocandi in Ecclesia supponere videtur B. M. stricte orare; non repugnaret tamen dicere Ipsam postulare, quia cense-retur habere plenam potestatem, ex eo quod nihil ipsi deneget Deus. Huic concinunt locutiones Patrum qui Mariam vocant gratiarum dispensatricem, thesaurariam, et apud ipsam supponunt adesse plenam omnium gratiarum œconomiam. Ideo sic loquitur P. Galifet (Opuscul. *Dévotion à la sainte Vierge*): « Et re-
« marquez, dit-il, que l'Église demande ces grâces à
« Marie d'une manière bien différente de celle dont
« elle use à l'égard des autres saints, car elle les de-
« mande à Marie comme à la dispensatrice de ces
« grâces, comme les ayant entre les mains. A l'égard
« des autres saints, l'Église use d'ordinaire de ces
« mots: *Priez pour nous, intercédez pour nous*; à l'é-
« gard de Marie, souvent elle lui dit: *Donnez-nous,*
« *sauvez-nous.* »

ARTICULUS SECUNDUS

DE OFFICIO MATRIS.

Nihil, in omnium fidelium sermone, magis est usitatum quam Mariam vocare Matrem. Nobis proponimus probare hunc titulum quem almæ Virgini tribuimus, esse titulum realem ac ipsi revera debitum. Itaque quæremus utrum B. Maria revera sit nostra Mater, et quonam sensu hoc nomine appellari queat.

QUÆRITUR 1^o *Utrum B. Maria revera sit nostra Mater?*

Ad hanc quæstionem *Respondeo affirm.*, et statui potest sequens.

PROPOSITIO

BEATA VIRGO EST MATER CHRISTIANORUM IN ORDINE
SUPERNATURALI

Dico *Christianorum et in ordine supernaturali*, quia, ut patebit ex dicendis, non sumus filii Mariæ, nisi quatenus pertinemus ad Christum; jam vero ad Christum non pertinent nisi fideles; itaque infideles non nisi remote ac radicaliter tanquam filii Mariæ habendi sunt, scilicet in quantum habent potestatem filios Dei fieri per baptismum.

Prob. Hæc propositio admittenda est quæ constat 1^o ex Scriptura, 2^o ex universali traditione, 3^o demum variis rationibus suadet. Atqui talis est nostra propositio. Ergo...

Et 1^o constat ex his verbis Christi in cruce pendentis et S. Joannem alloquentis « *Ecce Mater tua.* » Unde sic: His verbis instituit Christus S. Joannem filium Mariæ, saltem aliquo sensu. Atqui in hac circumstantia S. Joannes omnium christianorum vices gerebat, adeo ut illud donum haud fuerit discipulo singulare, sed omnibus commune. *Prob. min.* Juxta regulam tum a SS. Patribus tum a doctoribus traditam, verba et facta Scripturæ tam in novo quam in veteri Testamento sæpe sæpius duplicem præbent sensum æqualiter a Spiritu sancto intentum, unum nempe litteralem, quem verba per se demonstrant, et alterum spirituales, quem res litteraliter significatæ vicissim significant; sed præsertim duplex ille

sensus admittendus est quando vel circumstantiæ, vel verba adhibita, vel materia substrata illud postulant. Ita S. Augustinus et S. Thomas¹. Atqui in præsentî casu et materia substrata et circumstantiæ exostulare videntur hæc verba Christi juxta sensum litteralem quidem ad solum Joannem referri, juxta vero sensum spiritualement ad omnes christianos. Ille enim sensus longe conformior videtur officio Redemptoris quod tunc præsertim Christus adimplebat. Unde P. Ventura : « Si l'on considère l'auguste fonction, la noble charge que le Fils de Dieu avait à remplir au moment de sa mort, on comprendra qu'il ne pouvait un seul instant s'entretenir que de son disciple et de sa Mère, sans descendre en quelque sorte de la hauteur de son rang, de la sublimité de sa position de personnage public, de victime universelle, sans altérer la perfection, l'intégrité de son offrande, dans laquelle tout ce qui lui était propre et personnel nous était sacrifié, dévolu et transmis. Le disciple a dû par là même représenter tous les vrais croyants, tout comme, selon l'énergique expression de S. Paul, les bourreaux représentaient tous les pécheurs, et le bon larron tous les vrais pénitents. C'est ainsi que nous avons dû nous trouver compris dans l'adoption de saint Jean. Cette dernière disposition n'est plus alors seulement un acte du Fils unique de Marie, du Maître privé de S. Jean, mais bien un acte du Sauveur universel du genre humain, un acte digne du Personnage

¹ « Dominus noster Jesus Christus quæ faciebat corporaliter, « etiam spiritualiter volebat intelligi. » (S. Augustinus). — « Cum « in omnibus scientiis voces significant res, hoc habet proprium « scientia scripturæ sacræ, quod ipsæ res significatæ per voces « significant aliquid. » (S. Thomas.)

qui l'accomplit, digne du temps et du lieu qui le voient s'accomplir (j). Tout ceci se confirme encore mieux par la conduite constante du Fils de Dieu à l'égard de sa Mère, pendant tout le cours de sa vie mortelle. » Deinde probat idem auctor, quomodo ipsamet verba a Christo in hac circumstantia adhibita, aliquo modo sensum quem exponimus insinuent. (Ventura, *Marie, mère de Dieu, mère des hommes*, chap. vi.)

Præterea, hæc interpretatio confirmatur ex auctoritate Patrum, qui eundem textum eodem modo intellexerunt. S. Bernardinus : « In Joanne intelligimus « omnes quorum B. V. per dilectionem facta est « mater » (Conf. S. Lig., *Paraphr. du Salve Regina*, § 2.)¹.

²o *Prob. ex traditione.* — Ille titulus spectandus est tanquam realis et non tantum mere metaphoricus aut hyperbolicus, quo gloriosa Virgo insignita fuit ab om-

¹ De Rhodes (quæst. i, sect. i, § 2). — Cornelius a Lapide (*Comment. in Joannem*, cap. xix). — Bossuetius (*Serm. sur le Rosaire*) ita explicat hæc verba : « Femme, dit-il, voilà votre « fils. Et ne vous persuadez pas qu'il regarde saint Jean en ce « lieu comme un homme particulier : tous ses disciples l'ont « abandonné, et son Père ne conduit au pied de sa croix que le « bien-aimé de son cœur ; tellement que dans ce débris de son « Église, saint Jean, qui est le seul qui lui reste, lui représente « tous ses fidèles et toute l'universalité des enfants de Dieu. C'est « donc tout le peuple nouveau, c'est toute la société de l'Église « que Jésus recommande à la sainte Vierge en la personne de « ce cher disciple ; et, par cette divine parole, elle devient non « seulement mère de saint Jean, mais encore de tous les fidèles. « Et par là ne voyez-vous pas, selon la pensée de saint Épiphané, « que la bienheureuse Marie est l'Ève de la nouvelle alliance « et la Mère de tous les vivants, unie spirituellement au nouvel « Adam pour être la mère de tous les élus? »

nibus Patribus, ab Ecclesia in precibus liturgicis, a conciliis, ab omnibus prædicatoribus, auctoribus piis, fidelibus, in omnibus retro sæculis; vel dicendum est nullum dari medium discernendi veram et accuratam doctrinam ab hyperbolicis et piis exaggerationibus. Porro res ita se habet relative ad titulum Matris, quem Christiani universaliter gloriosæ Virgini decernunt. Ergo... *Prob. minor*, ex omnibus monumentis traditionis, et ex innumeris testimoniis tum Patrum, tum omnium auctorum. Sic loquitur S. Bonaventura: « Duo filii Mariæ sunt, homo Deus et homo purus; « unius corporaliter et alterius spiritualiter mater est « Maria. » Et Origenes: De quolibet dici Mariæ potest: *Ecce filius tuus.* » Et S. Athanasius: « Decet « te Matrem regeneratricem nominare. » S. Augustinus (*de Virg.*, cap. vi): « Illa spiritu Mater est membrorum Salvatoris, quia cooperata est caritate ut « fideles in Ecclesia nascerentur. » S. Ambrosius (*de Inst. Virg.*): « Unum granum frumenti fuit in utero « Virginis Christus Dominus, et tamen acervus tritici « dicitur; quia granum hoc virtute continet omnes « electos, ut ipse sit primogenitus in multis fratribus. » Et S. Gulielmus abbas (*In Cant.* iv, 15): « In illo uno fructu, in uno Salvatore omnium Jesu, « plurimos Maria peperit ad salutem. Pariendo vitam « multos peperit ad vitam. »

3^o *Suadetur ex variis rationibus.* — *Prima hæc est:* Deus Pater eodem actu generationis Verbum suum producit et mittit in mundum. Mittitur autem Verbum in sinu B. Virginis, veluti semen animarum. Hinc ait B. Petrus nos renatos ex semine incorruptibili quod est Verbum Dei. Ergo animæ ad vitam supernaturalem nas-

cuntur quasi ex Verbo Dei in sinu Mariæ temporali generatione seminato. Ergo est mater omnium viventium.

Secunda ratio hæc est: Illa vocari potest et est revera Mater nostra, quæ in ordine supernaturali erga nos omnia munia ac officia matris exercet. Atqui B. Virgo omnia officia matris in Christianos exercet, Ergo... *Prob. min.* Præcipua matris munera sunt filios generare, eorum curam gerere, eos amare, lactare, vestire, consolari, beneficiis cumulare, et omni studio educare. Sed B. Maria 1^o nos generavit spiritualiter, seu saltem ad nostram generationem spiritualem efficaciter concurrat, non potuit enim esse Mater Salvatoris nostri Christi quin aliquo modo mater omnium electorum evaserit; namque Christus est vita nostrarum animarum: *Ego sum vita*; et alibi: *Ego sum vitis, vos palmites*; et item docet B. Paulus nos per baptismum in Christo contemplari. — Hanc nostram generationem spiritualem ex Maria extollunt SS. Patres. S. Augustinus (*lib. de S. Virginit.*): « Ac « per hoc, inquit, Maria non solum spiritu, verum « etiam corpore mater est et virgo. Mater quidem spiritu non capitis nostri quod est ipse Salvator, sed « plane mater membrorum ejus quæ nos sumus, quia « cooperata est caritate sua ut fideles in Ecclesia nascerentur, qui illius capitis membra sunt; corpore « vero mater est capitis nostri. » Unde juxta S. Doctorem, consonum omnino rationi est, ut quæ Mater caput edidit, eadem quoque membra pariat capiti coherentia, et vitam illis spiritualem impertiat. S. Athanasius (*serm. de Annuntiat.*): « Ac proinde nova ista « Eva mater vitæ appellatur, variegataque permanet, « ad primitias vitæ immortalis omnium viventium.

« Dicitur *variegata*, quia Salvatorem habens in utero, « illos etiam gerebat omnes quorum vitam continebat « vita Salvatoris. » Et ideo S. Ambrosius (lib. *de Inst. Virg.*, cap. XIII), loquens de B. Maria: « Venter tuus « sicut acervus tritici; quamvis enim unicum in Ma- « riæ utero granum fuerit, tamen de grano illo factus « est acervus. » Et S. Epiphanius (serm. *de Laudibus Deiparæ*): « Ipsa, inquit, est ager minime cultus quæ « Verbum velut granum frumenti suscipiens, etiam « manipulum germinavit. » Item constat ex S. Irenæo et aliis Patribus, a quibus Maria vocatur *Evæ correctio*: eo quod sicut per Evam mors in omnes propagata est, sic per Mariam vita omnibus conferatur. Et ideo S. Anselmus (*de excellentia Virginis*, cap. II): « Beata « Dei Genitrix suis meritis cuncta reparando, Mater « est et Domina rerum; » quia scilicet redemptrix est hominum quos una cum Filio, etiam juxta cruce-
m stans, in summis doloribus parturivit¹. — 2^o Non solum B. Maria nos ad vitam spiritualem genuit, sed

¹ Plures alii sancti Patres de maternitate Mariæ respectu christianorum ita loquuntur, ipsamque probant plane ex eo quod Maria ad nostram salutem procurandam cum Christo sit cooperata. Sanctus Bernardinus (tom. III, serm. 6, art. 2, cap. II) vult Mariam esse matrem nostram ex eo quod mysterio Incarnationis consenserit; unde ait: « Tunc omnium electorum salutem « ardentissime petiit ac procuravit, et ex tunc in suis visceribus « omnes bajulavit, tanquam verissima mater filios suos. » S. Antoninus (4^a part., tit. XIII, cap. X) ita loquitur: « Sicut Christus « nos genuit verbo veritatis ad esse gratiæ spirituale in cruce « patiendo, ita B. V. nos genuit et peperit in maximis doloribus « Filio compatiendo. » Albertus Magnus, explanans illa verba Isaïæ: *Parturivit Sion filios suos*, ait: « B. V., quæ speculabatur « mysterium passionis (Sion enim speculatio interpretatur), par- « turivit filios suos summe condolendo in passione Filii. »

et alia matris munia haud minus adimplevit ac quotidie adimplere non cessat: nostri curam gerit, quia nobis providet omnes gratias quæ sunt ad salutem necessariæ, nos tuetur contra incursus dæmonum, nos consolatur, et ideo vocatur *Consolatrix afflictorum*; nos amat, quia in via Domini nos dirigit, in tribulationibus et afflictionibus consolatur, in perplexitatibus instruit, sub protectionis suæ amplissimo pallio nos recipit ac fovet, pœnas quas Deus nobis juste pro peccatis minatur avertit. Ergo revera omnia munera matris exercet; ergo revera est nostra Mater. (Conf. de Rhodes, quæst. I, sect. I, § 2.)

Ratio tertia. — In ordine supernaturali facti sumus cohæredes Christi, et ipse omnium jurium suorum ac privilegiorum nos participes fecit. Atqui Christus non est tantum Filius naturalis Dei, sed et Filius naturalis Mariæ. Ergo sicut per Ipsum et in Ipso facti sumus filii Dei, fratres ejus, quia cum Ipso unum effimur, concludendum est nos eodem modo fieri in Christo filios dilectissimos B. M. Ergo...

Ratio quarta. — Sicut Pater æternus sibi consociaverat B. Mariam in generatione Filii sui naturalis, nempe Christi Salvatoris nostri, congruum erat ut Ipsam sibi consociaret in generatione filiorum adoptionis quod fuse evolvit Bossuetius (*Sermon sur le Rosaire*): « Il nous faut entendre d'abord, dit-il, qu'il « y a deux fécondités; la première, dans la nature, « la seconde dans la charité... Et premièrement, re- « marquez que ces deux fécondités que nous avons « vues dans les créatures se trouvent en Dieu comme « dans leur source. La nature de Dieu est féconde; « son amour et sa charité l'est aussi. Je dis que sa

« nature est féconde, et c'est elle qui lui donne ce
 « Fils éternel qui est son image vivante. Mais si sa
 « fécondité naturelle a fait naître ce divin Fils dans
 « l'éternité, son amour lui en donne d'autres qu'il
 « adopte tous les jours dans le temps. C'est de là que
 « nous sommes nés, et c'est à cause de cet amour
 « que nous l'appelons notre Père; par conséquent, le
 « Père céleste nous paraît doublement fécond. Mais
 « après que nous avons vu que ces deux fécondités
 « différentes sont en Dieu comme dans leur source,
 « voyons si nous pouvons découvrir qu'elles soient
 « communiquées à Marie. Et déjà il semble qu'elle
 « participe en quelque manière à la fécondité natu-
 « relle par laquelle le Père engendre son Fils...
 « Toutefois, ce n'est pas encore assez qu'elle soit
 « associée au Père éternel, comme Mère de son Fils
 « unique; Celui qui lui donne son propre Fils, qu'il
 « engendre par sa nature, lui refusera-t-il les enfants
 « qu'il adopte par sa charité?... Et c'est pour cela,
 « Chrétiens, que mon Évangile m'appelle au Calvaire:
 « c'est là que je vois la très sainte Vierge s'unissant
 « devant son cher Fils à l'amour fécond du Père
 « éternel... Non seulement le Père céleste joint à son
 « propre Fils des enfants qu'il adopte par miséri-
 « corde, mais il livre son propre Fils à la mort pour
 « faire naître les adoptifs. C'est ainsi que sa charité
 « est féconde... Il fallait que Marie se joignît à l'amour
 « du Père éternel, et que, pour sauver les pécheurs,
 « ils livrassent leur commun Fils d'un commun accord
 « au supplice. »

QUÆRITUR 2^o *Quonam sensu præcise B. Maria sit
 nostra Mater?*

Notandum est 1^o theologos cum Billuart (*de In-*
carnat, dissert. XXI, art. 1) duplicem distinguere filia-
 tionem, nempe unam naturalem, alteram adoptivam.
 Filiatio naturalis definiri potest: « Origo viventis a
 vivente in similitudinem naturæ. » Filiatio adoptiva
 est imitatio secundum quid filiationis naturalis, et
 communiter a jurisperitis et theologis definitur: « Gra-
 « tuita et liberalis assumptio personæ extraneæ ad
 « hæreditatem. » Et hanc definitionem admittunt
 theologi, tam pro adoptione divina quam pro adop-
 tionem humana, cum hoc tamen discrimine quod Deus
 hominem quem adoptat, idoneum facit per gratiæ
 munus ad suam hæreditatem; homo autem non ita
 facit idoneum, sed supponit.

Notandum est 2^o præter hanc generationem adop-
 tivam, existere in ordine supernaturali quamdam
 generationem quæ non est stricte generatio naturalis
 sensu definito, quia non sumus ex substantia divina
 producti, sed tamen aliquid analogicum et quod suo
 modo videtur esse vera ac proprie dicta generatio.
 Constat illud tum ex eo quod per gratiam revera vitam
 supernaturalem adipiscimur, ita ut nova vita viva-
 mus, tum ex eo quod sive apud Scripturas, sive apud
 Patres et Doctores, hæc generatio spiritualis genera-
 tionem naturali comparatur. Et ideo dicitur nos vivere
 per gratiam, mori per peccatum; dicimur generari,
 nasci, etc., *qui non ex sanguinibus, neque ex volun-*
tate viri, sed ex Deo nati sunt, etc. Porro hæc omnia
 non supponunt generationem mere adoptivam, sed
 aliquid amplius¹. Hinc.

¹ In hoc sensu Paulus quos in Christo per caritatem genuerat,
 filios suos appellabat: *Filioli*, inquit, quos iterum parturio

Dico 1° B. Maria non est Mater Christianorum secundum generationem naturalem, ut per se patet, sed constat illam ad minus esse Matrem secundum ordinem adoptionis.

Prob. Non est gradus filiationis infra filiationem adoptivam et ex probatis B. Maria est vere mater saltem in aliquo gradu. Ergo...

Dico 2° : B. Maria non est tantummodo nostra Mater in sensu meræ adoptionis, sed aliquid amplius.

Prob. Ex dictis in *Notandum* 2° generatio spiritualis in ordine gratiæ est vera generatio, et generationi naturali omnino analogica. Jam vero in ordine spirituali B. Maria, nos ad vitam generavit, in quantum fieri potest, et vices implevit matris modo excellentissimo, prout explicant omnes SS. Patres, Doctores et Prædicatores, et explicare videtur Bossuetius in sermone de Rosario.

(Gal. iv, 19); et ad Philemonem scribens (v. 10): *Obsecro te pro filio meo Onesimo, quem genui in vinculis*; et I Corinth. (iv, 13): *In Christo Jesu per Evangelium vos genui*. Et ipse Bossuetius (*Serm. sur le Rosaire*, 1^{er} point) ita explicat: « Après avoir « supposé la fécondité naturelle, faisons voir, par les saintes « Lettres, que non seulement la nature, mais encore que la charité est féconde. » Puis, après avoir écrit les paroles de l'apôtre saint Paul, il continue: « Ne voyez-vous pas, chrétiens, la fécondité merveilleuse de la charité de saint Paul?... Oui, cette « charité maternelle qui se fait des enfants par sa tendresse, « elle a des entrailles où elle les porte, elle a des mamelles qu'elle « leur présente, elle a un lait qu'elle leur donne; et c'est ce qui « fait dire à saint Augustin, que la charité est une mère: *Cari-
tas mater est*, etc. etc. »

CAPUT II

DE OBSEQUIIS NOSTRIS ERGA DEIPARAM

Duplex præcipue obsequium erga Deiparam adimplendum habemus, scilicet: 1° Ipsi cultum exhibere, 2° Ipsam invocare.

ARTICULUS PRIMUS

DE CULTU

QUÆRITUR *Quid sit cultus, et quotuplex distinguatur?*

Resp. 1° Cultus generatim sumptus est testificatio excellentiæ alterius, et propter illam nostræ erga eum submissionis.

Resp. 2° *Cultus religiosus* de quo solo hic agitur, ille est qui exhibetur alicui propter aliquam supernaturalem excellentiam, et propter excellentiæ diversitatem triplex est: nempe latriæ, duliæ et hyperduliæ. — *Latria* est cultus qui soli Deo exhibetur propter infinitam ejus excellentiam, qua supremum in res omnes creatas habet dominium. Cultus latriæ, secundum communem usum, exprimitur per nomen *adoratio*. — *Dulia* est cultus qui sanctis exhibetur, propter eorum gratiæ et gloriæ supernaturalem perfectionem et excellentiam. — *Hyperdulia* est cultus qui soli B. M. V. exhibetur, propter eximiam ejus supra omnes alias creaturas præminentiam, ut dicitur infra; unde hic cultus mediat inter latriam et duliæ.

QUÆRITUR *Utrum aliquis cultus sit B. M. exhibendus.*